

*[Faint, mostly illegible handwritten text in a medieval script, likely Gothic or similar, covering the majority of the page. The text is written in dark ink on aged, yellowish parchment. Several lines are underlined, and there are several large, decorated initials in red ink, possibly marking the beginning of new sections or chapters. The handwriting is dense and somewhat cursive.]*

Communicata  
in decem





M-s. 1297

an f.

R

2197.6

F. A. H. Maxß  
1831 oho



PROPEMPTICA  
In discessum eruditione, uirtute  
ac pietate ornatissimi uiri  
D. Basilij Zyckzañ Pan-  
nonij, scripta

à

Fratre & Amicis.



VVITEBERGAE EXCVDE-  
bat Laurentius Schuenck.

1562.





CARMEN ΠΡΟΠΕΜΠΤΙΚΟΝ SCRIPTVM

pietate & eruditione ornatissimo uiro, Domino Basilio  
Szykzai Viteberga in Vngariam redeunti, à  
Demetrio Fabricio Szykzai fratre,  
Calend: April: 1562.

**P**ublica num repetam gentis discrimina nostræ,  
Urbibus in medijs quæ malè Turca mouet?  
Seu repetam quales sit passa Ecclesia clades,  
Quam Mahometigenûm generis truculenta premit.  
Nil nisi sunt lacrymæ, fremitus, cordisq; dolores,  
Horror, & imperij turbida forma subest.  
Adde quod à multis horrendæ causa ruinae  
Nescitur, tanti quæ sit origo mali.  
Rem loquor (ô cæcas mentes) quas Caucaſe gentes  
Edis, id Herculeis uiribus omne ferunt.  
Namq; Colossus erat prisco fabricatus honore,  
Translatusq; tuis inclyta Buda focis.  
Stabant Herculei rutilantia marmora uultus,  
Clauaq; cum scuto cum colubrisq; Leo.  
Stabat Apollo sua cithara, rapidisq; sagittis,  
Inde Pharetratae stabat imago Deæ.  
Herculis at pedibus quæ cochlea subiacet, astu  
Ad Byzantiacas est ubi rapta plagas.  
Cæsar ouans ebori imperium cum fidit inesse  
Huic parti reliquas annumerare cupit.  
Vim parat, & surgit rapidis Bellona sagittis,  
Sanguinea resonant bella nefanda tuba.  
Donec & indigetum Buda cessere Deorum  
Marmora, regalem Turcaq; uastat humum.  
Sic in Bistonía statuit tres, urbe Colossos,  
Curia qua latè dicitur Hippodromus.

Ac



Ac referunt hodie malè non sperare tyrannum,  
Has statuas donec continuïsse potest.  
Sed nihil Alcidae, Phæbi, raptusue Dianæ  
Interitum regno contulit Vngarico.  
Peccatis Deus in cædes & damna solutus  
Est, quæ per liquidos increpuere polos.  
Atq; utinam sic tandem aliquis præsumat oliuam  
Paciferam, in melius cedat ut iste status.  
Pharsalicæ fugiant pugnae, ruat æmulus omnis,  
Non ope de Domini quod dubitetur erit.  
Hanc frater dilecte paras accedere terram,  
Qui me penè mihi carior esse potes.  
Ter sua percurrit splendentia sidera Titan,  
Mensibus & septem cœpit adesse suis.  
Albiaco dum littore agis cingente, quod olim  
Orbi terrarum iura uerenda dedit.  
Nempe quidem nunc dulce fuit te tempore tanto  
Tam crudis patriæ posse carere malis.  
Quippe inter citharas, Musarumq; ocia dudum  
Amplexusq; chori uiuis Apollinei.  
Scripta soles lustrare uigil cœlestia lector  
Quicquid & historici continuere libri.  
Linguarum tibi pressa trium stat copia, quarum  
Gratia suauiloquis manat ab ore sonis.  
Te repetit patriæ splendor, generosaq; pubes  
Te duce iam tempus ponere in arte cupit.  
Sacra uia est equidem quam captas, sed tamen omnes  
Cogèris morsus frater adire feros.  
Illa potens nisi sit pax pulso structa duello,  
Quæ solet insignes reddere ab arte uiros.  
Irus abis, sed enim exulta celebraberis arte,  
Si modo ciuitias postposuisse placet.

A ij

Vade



Vade prius caro iungens tua brachia fratri.  
Tu peregrinari quo remorante paras.  
Certè fratris amor consanguinitate iugali  
Et quæcunq; manet, carior ante fuit.  
Cædendis natis simul Intapherne marito,  
Vxor ut est uni iussa abolere necem.  
Eligit à magno fratrem retinere Dario  
Quod non ut reliquos hunc reperire potest.  
Sic ego qui decimo iunctus tibi milito mense  
Dum colo Leucoreæ sancta Lycæa scholæ.  
Luminibus lacrymas uix possum inhibere fluentes,  
Quod uultu cogor iam caruisse tuo.  
Hos tamen inuito si possum pectore fletus  
Suspendo, patrijs teq; remitto focis.  
Namq; tui maior reditus est causa, mearum  
Quam rerum possis longius esse comes.  
Te pater expectat senio confectus, opemq;  
Expectat, patrias te releuante uices.  
Hunc pete, quodq; potes precium conferto paterni  
Officij, docilis dat tibi quale labor.  
Scimus amore genas nati maduisse seniles,  
Te uiso patrias & tremuisse manus.  
Qualiter aspectu Iacob recreate Iosephi  
Optasti, facilem mortis adire uiam.  
Præterea quia magna tibi compescere fræno  
Est opus, ad sacræ stas ut ouile Scholæ.  
Te iuuet excelsi fabricator & arbiter orbis,  
Doctrinæ ut iacias semina culta sacræ.  
Ne pereant, sed quisq; tui laudata talenti  
Fænora composito sic benè corde ferat.  
Sic quoq; coelestes poteris spectare triumphos,  
Cum mundum sparsum colliget ipse Deus.

Ne



Ne mora nunc retrahat, facili discedito gressu,  
Atq; uiatori sit comes ipse, DEVS.

ALIVD, SCRIPTVM AB EODEM,  
Generoso iuueni, D. Andrea Magochi, antiqua  
Nobilitate & uirtute præstanti, eodemq;  
itinere redeunti.

ERgone fraternis tandem reuocabere iussis,  
Stemmatis Andrea magna Corona tui?  
Certè si uestræ longæuus originis autor,  
Carminè deberet nomen habere bono.  
Nomina, resq; pari poterunt consistere laude,  
Quod nullum primi cesset honoris opus.  
Tu patriam renouas insigni nomine laudem,  
Dum uirtute tuum tollis ad astra caput.  
Moribus integris regni caput & genus ornas,  
Regia quod dudum curia concelebrat.  
Cura tibi uerum fuit internoscere Christum,  
Litterulis patriam sicq; iurare bonis.  
Sed nimium quàm tu multis felicior esse  
Diceris, in uitæ conditione tuæ.  
Hausisti magni qui dulcè uerba Philippi  
Aeterno quod tu pectore condis opus.  
Ornamenta feres patriæ, nomenq; perenne,  
Dum retines clarum Nobilitate decus.  
Certè est Nobilitas felix, comes est ubi uirtus,  
Hanc utrò omnis honor uestit, & omne decus.  
Hanc ambit placidè spectabilis undiq; cultus,  
Obfirmant famæ munera digna bonæ.  
A dextris illam Musæ, partemq; sinistram,  
Doctrinæ cingunt clara trophæa piæ,

A iij

Hine



Huic etiam pietas sacra certis passibus anteit,  
Et nitido rectum lumine monstrat iter.  
Communit gressus, regit, & uestigia firmat,  
Per loca nec patitur lubrica ferre pedem.  
Non errare sinit plantas, quia dogmate fulcit  
Aethereo, totos sustinet atque gradus.  
Cimmerium seu carpat iter terrentibus umbris,  
Inuia seu Syrtis trans uada laetus eat.  
Siue Noti rabiem tristes Hyadasue pererret,  
Corpora seu tumidi cernat aquosa freti.  
Non casus uel oberrantes in flumine fluctus,  
Non formidat iners saeva pericla tamen.  
Sed spe certus abit, gressus peragiturque secundos,  
Innixus uerbis, mente, fideque Dei.  
Semiferi ergo procul Centauri cedite passim,  
Et Lapithae, quibus est nullus in orbe DEVS.  
Et quibus aut pietas, Musarum sacraque sedes  
Fecerunt ullam uel bona iura fidem.  
Dextera sed Deus est illis iaculumque retortum,  
Dum leges contra pactaque iusta fremunt.  
Iura, bonos uiolant mores, & scripta, piosque  
Fraude, dolo, coetus coedibus atque premunt.  
Tu uero Comes o ueterum de sanguine crete  
Heroum, gentis nobile stemma ferens.  
Disce sacras Musas & Martia pro grege Christi  
Prælia, cum studio religionis age.  
Inuictumque animum non dura pericula frangant,  
Exitium praesens, monstra nec ipse time.  
Sed nixus stabili pergas uirtute fideque,  
Cuncta acriter Christo sic Duce bella feres.  
Te geminis mater generosa redintegrat ulnis,  
Cum datur huic uultus cernere posse tuos.

Sic



Sic alij Comites fratres castæq; sorores,  
 Excipient reditum quo decet ore tuum.  
 Insuper & mitis præbebit signa favoris,  
 Arx in Carpathijs condita Torna iugis.  
 Soluit ubi Zephyris fanus spirantibus aër,  
 Quæ cruciat corpus durius ense, luem.  
 Nunc Deus incolumem patrio te limite sistat,  
 Ut reducem excipiat patria terra suum.

PRECATIO.

ὦ πάτερ, οὐρανόισι ὑψώμασιρ ἔξοχ' ἔδρα  
 ὅς γε βοηθεῖς γῆ ἐυρέῃ καὶ πελάγει.  
 οὐ φοβέουσι βίβω πάντες, δάωμιρ τε μεγίστω  
 ὅς καὶ πάντα βλέπεις καὶ τὸ δίκαιον ἔρα.  
 οὐδέεις ἐν μορόπεισιρ ἀνῆρ ναῦ ὅσι βροτοῖσιρ,  
 οὐ δόλω ἔξέσιρ δ' ἄπαταρ σε κακῶς.  
 εἰ γ' ἀβλαβῆς μόνῳ εἶς, ἐν γήμασιρ ἠδὲ δίκαιῳ,  
 ἠδὲ ἀνεγκλήτου αἵματι ἔκδικ' εἶς,  
 εἰ εἰρωταίου ἴχωρ σε καλοῦσι δ' ἄβηλου  
 οὐάτα ἔγναμψεν ταῖς φρεσὶ δημοῦκα.  
 τίπτε σὺ ἐς χαλεπῶν ἔτι οὐδὲρ ἐγείρειαι δ' ἄνω  
 καὶ δάωσαι πάχηρ χέρματα ἀντί σείδης  
 εἶδου ἀποσαθέοντες πολμηρῶς γε τύραννοι  
 ἀρνέσουσι δίκῳ δέσφατον ἠδὲ πᾶρ.  
 ναῦ δ' ἀναμαρτίτους ψυχὰς καὶ αἶμα ἀλεγενόν,  
 πάντα βλέπεις ἐχθροῖς καὶ συγχοῖς δίδομαρ.  
 ταῦτα βλέπωρ γλυκοῖς καλοῦσι λάμβανει κλαῦθμορ  
 ὅρ σοι ἡμυθανῶρ χρισσοεβῆς ἔχει.  
 ὡς δὲ σκύτρωπας νόσθιρ θανάτοιο τυράννου  
 οὐκ ἔξισ' ἀδ'σ κοινὰ μέλαθρα ἴκειρ.  
 οὕτως ναῦ γίσιας ὡρ ἄξιοί εἰσι φέρουσι,  
 οἷς δοκέειγε φόνῳ χεῖρα μιανέμενα.

AD DO



Ad Doctissimum uirum, pie-  
TATE AC VIRTUTE PRAESTAN-  
tem D. Basilium Zykzai in patriam redeuntem  
Matthæi Huzthij Carmen

προπαιητικόν.

ERgò paras abítum donis à Pallade sumptis,  
Vnde fluit linguæ Regula culta tuæ?  
Munera doctrinæ cœlestis adeptus abibis  
Hinc, ubi Thespiadum candida turba uiget?  
Docte uir, & nostræ laus, gloria prima, Cateruæ,  
Nec cadat in sensus ista fauilla tuos.  
Sic aufers Triplicis donaria dulcía Flammæ,  
Quæ cum prole patris regna parentis habet.  
Sic nos eloquij orbabis dulcedine, nobis  
Sic fiet posthac magna ruina nimis.  
Tolle uoluntatem, si fas mutato statutum,  
Restitues animi gaudia tota mei.  
Ne propera, tenos paulùm compone rudentes,  
Neue uelis turbam deseruisse tuam.  
Terra fatis cùm sit foecunda, nec obruta bellis,  
Inter nos solito perge manere modo.  
Huc flectant etiam consortia grata docentum,  
Qui, quàm non ficto sint in amore, patet.  
Rara fames est híc, petulantia rara, Sorores  
Rarò deuictæ penè sopore iacent.  
Híc poteris clades nullas sentire Getarum,  
Queis humus Vngariæ foedificata scatet.  
Híc poteris Christo tutus magnalia summo,  
Pangere concentu conueniente lyræ.  
Nos quoq; melliflua moderari ritè loquela,  
Quæ tibi Sydereæ cessit ab arce, potes.

Certus



Certus erit sermo, memores in secula cernes,  
Vsq; reget Genitor claustra nouena throni.  
Viuít adhuc Vítus solidæ probítatis amator,  
Et cum Peucero lingua díserta Petri.  
Hís iunctus uarijs consumito tempora rebus,  
Quam linquas nostræ trita theatra Scholæ.  
Ex his Pangæa qui sunt in ualle leones  
Scibis, & Hesperijs abdita monstra iugis.  
Scibis in Europæ populum prius acríá bella,  
Quæ dederit luctum gens parítura grauem.  
Qualibus audaces superatis fortiter olím  
Hostibus, exuuias diripuere, Scythæ.  
Cætera si memorem simili ratione notanda,  
Plurima uerba tibi quottídiana ferent.  
Vt Tanais, Nilus, Rheniúe fluenta uel Istri,  
Vnde uehant líquidas præproperanter aquas.  
Síríus, aut Veneris fulgens super æthera sidus,  
Quo sibi perpetuum delígat orbe locum.  
Si iuuat esse potest in labris peruigil Argus,  
Sic Gorgon, Colchus, Lerna, Medusa ferox.  
Haud aliter Cyprus, Babylon, Aegyptus, Athenæ,  
Et cum Chaldæis clara Corinthus agris.  
Quín magis & nostri Regum diademate Regni,  
Ad tua non temerè uerba uenire queunt.  
Addo quod est licitum, uoluas ea scripta licebit,  
Quæ docti quondam composuere uiri.  
Siue tibi Logicæ monumenta sacrata reuoluas,  
Siue Poli cyclos quæ docuere, legas.  
Non erit occultè per quem lædaris, inepta,  
Degustans capti scommata consilij,  
Omnia quandoquidem scitu dignissima quando,  
Eminus salua dexteritate scias.

B Vix



Vix ego contemplor talem superesse petulcum,  
Qui rigidè palmam furrìpuisse uelit.

At minus atq; minus, Basili celeberrime, possum  
Quantumuis studeam detinuisse ratem?  
Nec mouet istius collatio sancta Cohortis,  
Quæ te ceu patrem deuenerata suum?  
Cogere non nostrum est, potius parere necesse est,  
Insuper ingenio linquere cuncta tuo.  
Tu solus siquidem longè præstantior, ipsum  
Quod fecisse decet uatis ad instar habes.  
Sit uelut exoptas, & ut intima pectora seruant,  
Forsitan id patrij fata tulere soli.  
Forsitan oppressis aliquam Reperator ad urbem  
Christicolis per te thura adolenda dabit.  
Vanaq; Paparum commenta, realibus ausis  
Roboris infirmi, diminuisse iubet.  
Pectora nostra scio gemitu caruisse diurno  
Quam nequeant, reditus dum meminisse queunt.  
Tu tamen hoc pacto si stat sententia, gressus  
Orditor, patriæ limen adusq; tuæ.  
Qua ratione tuus porrò desiderat ardor,  
Exulta trepidi prosperitate Patris.  
Nec non Francisci recolenda sorte Mohini,  
Cuius in alloquio nil nisi Candor inest.  
Hinc Paulo celebri, Thurinæ stirpis honori,  
Voce serenantem sæpe precare diem.  
Cumq; sit inculti exantlanda Colonia Regni,  
Cuius in imperio sceptrum Polonus habet.  
Numine diuino fultus patienter & illum  
Ac in pace Dei trañce latus agrum.

Nulla



Nulla dolenda ferat faxit Sator optimus aui,  
Semita, Sphynge uis ipse careto tuis.

Carpathus in spisso quocunq; latrone recessu

Caligo uisus eius obumbret, hiat.

Atq; uolente Deo tandem tua rura uideto

Quæ per pestiferos fat lacerata Duces,

Hic Patris, æterni, Soboles sanctissima, secli,

Det tibi pro officijs commoda multa tuis.

Ac quibus aduersus coetum sine fine fuisti

Seruitijs, eadem diua propago notet.

Incolumem longos clemensq; reseruet in annos.

Vt possis seruis utilis esse suis.



B. ij. Ad eundem



Ad eundem D. Basilium Zyk-  
 ZAI VIRVM PIETATE ET ERVDITI-  
 one praestantem, Carmen aliud προσωπεϊκόν, scriptum à  
 Valentino Hellenoræo Zykzai, εἰς μνημόσωρον sui  
 erga illum studij ac amoris.

Πάντ ἀπέδωκε κακοῖς ζωὴν ἄνδρασι μείνω  
 πράγματα, πῶ δὲ τύχη ἐν θεῷ βίω ἐπλετο μείζων  
 ἢ ἀγαθῶν: ἤν παχέμενοι κακὰ πολλὰ δικάυες.  
 Σκῆπτρα ἔχουσι κακοὶ, πλάτους, ἀγλαὰς βασιλείας,  
 Ἀκροπόλεις μεγάλας, δῶα μιν, σύμμεκρον ἀρεθῆς  
 καρπὸν, αἰεὶ δ' οἴνοιο πίθους ἅμα ἠδὲ νότοιο.  
 Ἄλλ' οὐκ ἀθανάτω σοφίῃ ἴσασιν ἐλέσθαι,  
 ἠδὲ μόνη σφᾶς τῆλε ἀλέυεται, οὐδέ τ' ὀφέλλει  
 νῆ μᾶλλον κραδίαις ἐσθλῶν βόλοισι ἐπέσθαι,  
 τοῖσι καὶ αὐτομάτῃ πέφυκε δείξασθαι ἑαυτῶ.  
 λειψαμένη ἀδίκους ἐφάνη ἐλθεῖν δικάυοις.  
 οὔτε ἄνδρ' ἀμάτωρ, καὶ μὲν γὰρ τὸς τε δαμάσῃ,  
 Ἄλγεα μυρία πρὶν ἐπὶ βυλομύοισι ἔθεσθαι  
 Δεῖ δὲ παθεῖν ἐνὶ κάρτα φρενὶ πάντεσι βροτοῖσι.  
 τῆς σοφίης ἄρ' ὅσοι φήμω ἀγαπῶσι ἀρίστω.  
 τῶν δὲ γαῶν ἄλλ' ὅτι πατρίδ' αἴαν ἔλαψεν  
 τῶν δὲ μητρὸς, εἴο πατρὸς τε ὄπιρ' ἐρατενῶ,  
 πῶ τε κασιγνήτων φίλων, θαλασσῶν τε ἀδελφῶν.  
 καὶ μετέπειτα ἐκὼν ἀπέδεν οὐ τῆλόθεν οἴκου,  
 ἀλλοφύλων μοῦν' φοιτῶν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν,  
 γαῖαν ἄρ' ἦν ἐτὶ εἰς τὴν κερσοτρόφ' ἀνθεῖ,  
 θαρσαλέως τε χορὸς μεσάων ὑμνεῖ ἀοιδῶν.

Αργαλέω



Αργαλέου μὴ πώποτε γὰρ τέχνη πολέμοιο  
ἴσα τέθνη ὤρη, βροτολογὸν μῦσαι Ἄρηα  
ἔχθαίρουσι, ἐπεὶ τάων μέγα πῆμα τέτυκτο.  
καὶ σοὶ ὦ ἡμετέρῳ ἄνδρ κεχαρισμένε θυμῷ,  
ταῦτα μέμνητε ἀεὶ νύκτας τε καὶ ἡμέματα πάντα  
τόωομα ὥσε θεὸς κλείειν τῷ αἰῆρ ἔοντι  
καὶ ἄμα τῶν λαῶν πισῶν μέγ' ὄνειαρ ἔσεσθαι,  
εἴνεκα τῷ, σοφίης πολλῶν μάλ' ἐέλδεται ὄλωρ  
κτῆμα, τὰ τῷ κόσμῳ ἄλλοις καλὰ μὴ καλὰ λείπων,  
ἀλλ' ὅτε παννονικῶν θέρων πέρθοισιν Ἄρηϊ  
αἰμάδομοι γαῖαν τῶρκοι θεοχρισόμαχοί τε,  
ἔξέφυγον μῦσαι πάντες τάχα ἀρζέπειαι  
λείψασαι ὕδωρ Ἰστρού ἄλαδι προρέοντι.  
ταῖς ἀπὸ μὲν πατρίδος θυμὸς ὄψεσθαι ἀνώγει,  
ἐκιδίως πάσας ἀλέγοντα ὁδοῖο μορίμνας.  
πολλὰ γὰρ ἀνθρώποισιν ὁδοιπορῆν κακὰ τίκται  
τὰ κρηδία ἐλθῶν σε ἀγνώρι' ἴει φέρεσκες,  
εἰσόκε λυκορίδ' κατὰ σφᾶς κλυτὸν ἄστυ γε τέτμηες.  
ἐνθάδε καὶ μετέπειτ' ἠθέε μύων βασίλει  
ἠκυσσας θεῖης μέγαλοιο μελάγχθον' ἀυδῆς  
τῷ γὰρ διδάσκοντι κειμήλι' ἐπὶ φρεσὶ θῆκας.  
ἀλλ' ὅτε μοῖρα κακὴ δσιωτάτα ἀνδρὸς ἀφῆλε  
θυμὸν ἀπὸ μελέων, ὅς πρὸς θεὸν εἰλήλυθε,  
ἄλλων ἠκυσσας ἀνδρῶν μελικδέα μῦθον  
λυκορίδ' ἐν σοφίῃ πεπνυμένηα πολλὰ λεγόντων.  
μυρὶ' ἄφαρ γέυσας τ' ὄζου δὴ ἐνθα ἔμεινας,  
ἄλγεια, καὶ λιμὸν, δίψαν, νόσον, πηνίλυ τε  
ἐν φρεσὶ τῷ ὄπῃσιν καρπὸν μεμνημένῳ αἰῆρ  
εἶπατε νοσήσωρ ἐς πατρίδα γαῖαν ἰκάνοισ.  
αὐτὰρ ἐπεὶ τοιαῦτα μογῆς τεύκμεν ἦτορ



τρεῖς ἤδη ἐποίησε περιπλομύους ἐνῆαυτῆς  
ἠέλιϑ φαέθωρ τάχα τόνδε τέταρτον ἐνείκοι.  
τόωεκα ἐν ἔρεπεται τοι νῦν φίλον ἦτορ ἀπιλθέμ,  
οὔτ' ἐνταυθοῖ ἔα σε πάτρης Βιλὴν παραμῆναι,  
ἀλλὰ ποθὺν ἔμβαλλε νέλω τοι σὸν κτλ θυμόμ,  
καὶ δηρόν γαῖαν πατρικὴν ἰμείρε' ἰδέσθαι,  
τὸσ τε φίλους πάντας, μάλ' ἄτ' ἀρ γείρωτα τοκῆα,  
ὅς δ' ἂν ἀντὶ σέθεν ἀπέοντ' ὀδύεται ἦτορ.  
ἀεὶ πδυσόμεν' ὀσὸρ σῆ' αἰκῶν ἀκρόσῃ  
οἴκαδε σ' αὖ νοσησέμεναι πάρ' ὀππόθεν ἦλθες,  
ἠδέα χερσὶ λάβῃ ἴμ' ἀπ' θρεπῆρία τέκνη.  
ταῦν εὐφρύνῃς ἐτάρους φίλσο τε γονῆας,  
οἱ μέγα τοι πάντες τάχα κέρ κεχαροῖατο θυμῶ.  
αὐτὰρ σῆο ποθὴ μοῦνον καταλείπεται ἄμμιν  
οὐ γάρ σ' ὅποτε λησόμεθα, ἐπεὶ ἴμερ' ἡμᾶς  
αἴψα ἴκη θυμῶ πρὶ μὲν σέθεν εὐτ' ἀμ δρῶμοσ  
ὄνκ ἔμεν ἐν μέσῳ ἡμῶν σμικρῆς σε ἀγούρης,  
ἕως πάρ' ἠόδα κ' ἔδωσ ἡμῖν χαρίεσσαν ἀμοιβῶν.  
αὐτὰρ ἔμοιγε μάλισ' ἀπεὼρ λύγρ' ἀλγὲ' ἔθηκας,  
ὅτ' ὁμόθεν γείνατο πόλις μία ἡμέας ἄμφω  
τόωεκα βυλοίμην, εἰ δ' ἴω μοι ἔνθα φανεῖς.  
τίπῃ δὲ ταῦτα λέγω ἀχρηῖα ἢ τ' ἀχάριστα;  
νῦν ἴθι ὡς τε σὸϑ λείπεις μέγα ἁλβίδ' ὕδωρ  
πείρατα τῆς πατρίδ' ὀγαίης οὕτως γε τυχήσης,  
αἴψα τελεσάμεν' ὀπ' ὀνους, χαλεπὰς τε μορῖμνας.  
αὐτὰρ ἔπειτα θεὸς δ' ὤκ' ἵνα ὀλβι' εὖσης  
ζῶντα φίλον πατέρ' ἠδ' ἔόντ' ἐν γῆρα' οὐδ' ὀ  
τὸσ τ' ἄλλους μετόπισθεν ὄσους, Βιλέσκεις ἐταῖρους  
ὄσ δ' ἐπὶ πράγματα πάντα σέο πρόφρων τελέσειας,  
αἴψ'



Αἰψ' ἀπανύθου ἰὼν πρὸς δῶματα πατρὸς ἐμοῖο  
 εἰδέμεν ὅσα κερ' αὐτὸς ἐβόλετο πάντ' ἀγόρευσον.  
 κ' αὐτὰ τέκνον ἐοῖο ἐμὲ ῥᾶ μ' φράζεο μύθῳ.  
 θείης δὲ διδασκαλίας παιδῶν τε νέων τε  
 ἄρχαιο, πρὸς τε κλέθ' ποῖα θεῶ οὐρανίωνθ'.  
 ἦε θεῶ ἀγαπητὲ, πατρὸς τ' εἰκῶν τε λόγῳ τε,  
 τόσ' ἤδη λαῶν κατάπαυε παθήματα σέο,  
 παννονικῆς τ' ἔλασον τέρκους ἀπ' γῆς κακοτύχους,  
 οἵτινες ἄσια χρισσοεβῶν καὶ σώματ' ἔλουσι.  
 τόωμομα ὥσε σε' ἀνέρες, αἰδέ γυναικίαι ἀοίδεον,  
 ἦδε θεῶ γνῶσις πρὸς πλείονας ἀνδρας ἵκηται.  
 Σῶν δ' ἠβῶσι μόνον λαῶν παῖδες σε εἰλοῦντες  
 πολλάκις οὐς τέρκοι κακόχαστοι ἐλώρια πύξαι,  
 καὶ διδάχων αὐτοῦς ὀλοόφρονα σφῶν ἐδίδαξαν,  
 σώματα οὐκ μόνον, ψυχῶν ἅμα δὲ φθείρουσιν  
 χρισῶ χρισιαδῶν τ' ὄνομα ἱέμενοι ὀλέεσθαι.  
 δὸς τε καλοῦς ἡμῖν ἀγορητᾶς, ποιμνίας ἢ  
 οἱ μᾶλα ὀρθοτομῶν σε ῥήματα ἴσα δῶσαντο.  
 ἀνέρα τὸν ὃ εἰλίω ἐς πατρίδα γαῖαν ὀδήγη.

**PRECATIO BASILII ZYKZAI**  
 Viteberga in patriam redeuntis pro salute  
 Pannoniæ.

φείδεο χρισεῖ ἀναξ ποτὲ φείδεο τλήμουθ' ἔθνοισ  
 παννονίης μογορῆς, πάλαι ἄλγεια πολλὰ παθόντες.  
 ἦδη ὀργιζέμεθα τε λελησμενίθ' ἔμμεναι ἄρχε,  
 ἀλλ' ἐλεημοσώης προσιόλβια δῶρα παρέχε.  
 χρισσοεβῶν θεὸς ἦπιε μὴ ἐπιλήθεο πάντη,

πάσας τ'





πάσας ἡ ἀμπλακίας παρατηρεῖν μέτρον ἐπέσω.  
πάντα γὰρ οὐ φορέει δάματα βροτὸς αἴσυλα ἔργα.  
ἄξιοι ἢ πελομοῦ κακὰ πάχειν μείζονα κείνοις,  
τοῖσι δὴλυκὲς ἀλγέομεν ἀχθεσι δαμέντες.  
ἀλλὰ σὺ ὦ θεὸς οὐδὲ ἀμαρτάδ' εἴνεκα πολλῆς.  
σὺ δ' ἄχολώσασθαι κραδίῳ μέμνησο πρᾶείῳ.  
αὐτὰρ ἀνέβολ' ἔρθελε ἡμῖν σῶτορ ἄριστος.  
ἴληθ' ὅτι ἀμαρτάδες ἡμῖν ἀμεικαλύφει.  
τοῦνεκα οὐνόματ' ἀμεγακυδέ' εἰσδέχ' εὐχίῳ  
ἡμετέρῳ, γε πεπόνθαμεν ἄλγεια ἄχετα ἡμῖν,  
τέρσοι ἀνδροφόνου, μυαρώτατον, ἔθνη' ἄπισον  
δὴρορ παννονίῳ πολυάθλιον ἐκπέρθουσι.  
ἄλγεια παντόδαπα τελευτῆ ἀμειβάλλοντες,  
τόνομά σου ὄσιον ἔργω ἐρεθίζει ἀλίτρω,  
ἀργαλέως δ' ἰορῶν ἀγέλω χρισοῖο ἰδιώκει.  
ἦδη πῆματα τόσα τε σείεται ἴσον ὄμιλον  
χρισσεβῶν ὡς κῦμα καὶ καταδύεται ἡμᾶς.  
ἀλλὰ σὰς ποτὲ ἡμᾶς ὦ θεὸς ὠκὺ ἀρήξωρ,  
χρῆς τέρκας κακοχάρτους ἠδὲ ἀγάσονορ ἔγκ' ἄν  
αὐτῶν καὶ καμάτων ἀνάπασιν πατρίδι δώσοις  
ἄχνημλῆ βίοτον ἵνα ὀφέπορ ἡσυχον ἔξοι,  
οὕτως καὶ ἡμεῖς σε δὴλυκεέασιν ἐν ὕμνοισι  
μέλφομεν, εἰς σε πόνωρ ἀνάφυξιν μοῶωρ ἔχοντες.

τέλ'.



153028

AB: 153028

ULB Halle

3

003 486 044



86






*[Faint, mostly illegible handwritten text in a medieval script, possibly Gothic or Carolingian minuscule. The text is arranged in columns and includes several large, decorated initials in red ink. Some lines are underlined with red ink.]*







PROPEMPTICA  
In discessum eruditione, uirtute  
te ac pietate ornatissimi uiri  
D. Basilij Zyckzañ Pan-  
nonij, scripta

à

Fratre & Amicis.



VVITTEBERGAE EXCVDE  
bat Laurentius Schuenck.

1562.

